



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Exequiae ecclesiasticorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

ADDITIO.

- 1 Parochus debet vocare clericos destinatos ab heredibus, non alios. Congregation. Rit. 20. Aug. 1601.
- 2 Alias potest vocare, quos maluerit, omissis etiam vicinioribus. eadem 7. Sep. 1613.
- 3 Confraternitates non possunt accedere, nisi vocatae expresse & specialiter. ead. 9. Dec. 1617.
- 4 Et tunc non possunt erigere crucem. ead. 22. Nou. 1611.
- 5 Vocati omnes ad funus debent conuenire ad Ecclesiam parochialem defunctorum. eadem 9. Decemb. 1617. 16. Februar. 1631.
- 6 Neque sistere extra ianuam illius. Congregat. Episc. 13. Nouemb. 1600. si si capax.
- 7 Nemini licet deuare cadavera irrequisito proprio Parocho. Congregat. Rit. 18. Aug. 1629.
- 8 Neque Canonici Ecclesiae Cathedrales. ead. 9. Nou. 1631.
- 9 Si recusat interesse Parochus requisitus, possunt defuncti sepeliri in Ecclesia, in qua sepulturam elegerunt, sine praesentia Parochi. eadem 22. Decemb. 1629.
- 10 Ad Parochium spectant decernete viam, per quam exportandus est defunctus, usque ad portam Ecclesiae regularium, in qua est sepeliendum. Congregat. Episc. 3. Ian. 1594. 18. Junij 1591. 5. Junij 1615.
- 11 In tuneribus unica Crux deferenda est illius Ecclesiae, ad quam defertur cadaver, postquam debent incedere immediate personae Ecclesiae illius, deinde ceteri secundum antianitatem. Cong. Rit. 30. Sep. 1614. 22. Nou. 1631.
- 12 Denum modo non interueniat capitulum Cathedralis Ecclesiae, sub cuius Cruce omnes eo casu incedere debent. ead. 22. Mart. 1631.
- 13 Et in hoc casu curatus, & sacrista Cathedralis Ecclesiae, licet sint amouibiles, debent præcedere Parocho defuncti. ead. ibid.
- 14 Crux propria Parochia defuncti deferenda est, ut supra; non autem anti-

qua Parochia, ex qua dismembrata fuit noua Parochia, de qua est definitus. ead. ibid.

- 15 Parochus secularis deferat solum in Parochia, etiam Regularium, dum defunctus in eorum Ecclesia sepelitur: & eodem modo in eodem casu & tempore Parochus Regularis in Parochia defuncti. ead. 30. Sept. 1628. 29. Ian. 1629.
- 16 Omnia in Ecclesiis Regularium sive per se ipsos, sive per alios secularis officium fieri debet, non obstante quavis contraria consuetudine. ead. 12. Mart. 1612. 5. July 1614. 23. Mart. & 12. Octob. 1619. 12. Febr. 2. Mar. 8. Aug. 1629. 5. July 1631. ubi excluditur immemorabilis etiam consuetudo.
- 17 Parochi non debent plus recipere pro tumulandis exteris, quam pro ciuibus. Congregation. conc. 27. Maij 1617.
- 18 Si deponantur in Parochiali, ut inde transferantur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegerunt sepulturam, nihil debetur Ecclesie Parochiali, exceptis iuribus Parochialibus. Congreg. Rit. 23. Mart. 1619.
- 19 Baronum defunctorum regalia, quæ consistunt in lecto, equo, pilleo, ense, anulo, calcatibus, & eis, debentur Episcopo, in cuius Diocesis est Baronie; non autem illi, in cuius Diocesis decessit. Cong. Episc. apud iul. Lauor. vnu. l. scrib. tom. 1. tit. 2. c. 3. n. 204.

Exequiae Ecclesiasticorum.

- 1 **M**ortuo summo Pontifice, in omni Ecclesia campanæ pulsenterium in Cathedrali, & collegiatis Missa pro eo cantetur. Provinc. 6.
- 2 Sacerdotes singuli Missam dicant, aut saltem Collectam in ea. ibid.
- 3 Mortuo Episcopo, sacerdotes singuli per dies novem Missam pro eo faciant, aut Collectam tecitent. ibid.
- 4 Capituli munus sit monendi Diocesanum Clericu. ibid.
- 5 Exequiae Episcopi describuntur fusè in Cœr. in Episc. I. 2. c. 23.
- 6 Episcopus vivens predecessoris sui proxime defuncti singulis annis in die obitus anniueriarum celebrare debet, vel saltem Missa à Dignitate, vel canonico cele-

celebratae interesse , & in fine ipse debet
absoluere . Cæretem . ibid . cap . 56 .

7 Canonico mortuo , sumptibus Capituli
fiat funus ; tum Missa Conuentualis ; &
Missa priuata à singulis sacerdotibus il-
lius Ecclesiæ Prouinc . 4 .

8 Parocho mortuo , successor quotannis
anniuenterium celebret pro eo cum Mis-
sa Parochiali . Prou . 6 .

9 Infra Octauam defunctorum arbitrio
Episcopi , die non impedito , Canonicus
sive Dignitas Ecclesiæ Cathedralis cele-
brabit Missam pro animabus omnium
Episcoporum , & Canonorum Cath-
edralis defunctorum . Cæretem . Episcop . loco
citat . capitul . 37 .

10 Clerus faciat Missas pro ijsdem . Pro-
uinc . 3 .

11 In Collegiatis fiat idem pro Canonicis
illius Ecclesiæ . ibid .

V . Exequia . n . 22 . 23 . 24 . Parochorum mune-
rū . m . 46 . 47 .

Exorcista .

1 N E quis Exorcistæ fungatur offi-
cio sine licentia Episcopi . Pro-
uinc . 1 .

2 Neque duo simul exorcizentur . Pro-
uinc . 4 .

3 Mulieres ne tangatur ab Exorcista . ibi-
dem .

4 Neque ullus quaestus , aut percuncta-
tio ad diuinationem intercedat . Pro-
uinc . 1 .

5 In Ecclesia tantum exorcismi fiant , pau-
cis præsentibus , vno , saltē Ecclesiastico ,
neque ante ortum , neque post solis
occasum . Prou . 4 .

V . Monialium Cura Spiritualis . nu . 30 .

Extrema uncio .

1 E xtremæ uncionis , & viatici , alia-
que Sacraenta non possunt date
confessarij ijs , quorum audierint confes-
siones , licet ij dicant sibi ea denegari à
Parocho . Leo X . A . 1518 .

2 Nisi denegatio sit illegitima , & vici-
norum testimonio probata , aut requi-
sito coram Notario facta doceretur . ibi-
dem .

3 Religiosi non possunt ministrare hoc

Sacramentum , nec etiam in necessitate ;
aliás incident in Canonem . Cler . relig.
de priuilegiis . Sylu . V . V nctio .

4 Licentiam date potest proprius Sacer-
dos , etiam si sit excommunicatus , aut su-
spensus . Sylu . ibid . qn . 4 .

5 Ne pueris vsurrationis caerentibus , ne-
que mulieribus in partu , neque damnatis
ultimo supplicio ministretur . Prou . 4 . Se-
nior confessis , non ægrotis , dati potest .
ibid .

6 Vnam cum viatico , si opus est , defera-
tur oleum infirmorum . ibid .

7 In via Psalmi recitentur . ibid .

8 Sacculo sericeo violaceo de collo pen-
dente feratur olei vas . ibid .

9 Si oleum aliud non sacrum adhibeatur ,
iteretur uncio . Prou . 5 .

10 Oleo veteri sacro poterit uti Parochus
in casu necessitatis . Cong . Episc . 20 . Maij
1590 .

11 Singulis mensibus reddatur ratio De-
putato ab Episcopo de defunctis , & Sa-
cramentis ministratis . Prouinc . 4 .

V . Cessatio à diuinis . nu . 5 . Interdictum num.
38 . 39 . Olea sacra . nu . 1 . 2 . 13 . Peſſis nu . 8 . Re-
gularium iura circa Tertiarias . numero 3 .

Familiaris Episcopi , vel Cardinalis .

1 F amiliaris , & commensalis idem ,
Trid . sef . 23 . cap . 9 . continuæ inquit ,
commensalitatis .

2 Familiares Episcopi , laici , sunt immu-
nes à laica iurisdictione . Congreg . Episc .
7 . Junij 1595 .

3 Cardinalis presbyter potest conferre
primam tonsuram , & minores ordines
suis familiaribus . DD . apud Barbos . de po-
testate Episcop . allegat . 5 . numero 19 .

4 Episcopus titularis non potest ordinare
suum familiarem . Trid . sef . 14 . c . 2 .

5 Potest Episcopus ordinare familiarem
suum , si per triennium secum fuerit co-
moratus , & beneficium quacumq; fraude
cessante statim re ipsa illi conferat .
Trid . sef . 23 . cap . 9 .

6 Habet hoc etiam locum in minori-
bus , & prima tonsura . Nauarr . cons . 11 .
de temp . ordinat . & decisum refert Ar-
mendar . in addit . ad re omnil . legum Na-
uarræ lib . 1 . titul . 18 . lib . 7 . de Episc . nu-
mero 45 .

7 Trien .